

corporea, & supremum in genere animalium, & sub genere substantia: creatas non posse dari aliud genus subalternum...

Demum arguit Ariag. citat. quia si sumatur tota collectio creaturarum possibilis, utique non omnes creaturæ, quæ sunt in hac collectione...

Resp. argumentum vel nihil concludere, vel etiam probare sub genere animalis possibile non esse species infinitas brutorum...

QUESTIO III.

An posse dari infinitum & aggregatum in multitudine, vel saltem syncategorematicum.

44 Infinitum syncateg. saltem in rebus quibusdam quo ad multitudinem negari non potest, nam in numeris concedunt omnes...

sophorum, & SS. & in Reportis d. dist. 26. quæst. 4. cum eorum assecis, S. Bonav. d. dist. 43. art. 3. & ceteri Antiquiores...

45 Dicendum tamen est cum communi, hoc infinitum in collectione proflus repugnare, ut ait Canon 3. Phys. q. 3. art. 2. Paris. cit. q. 2. Barg. l. d. 8. v. 2. ubi explicat de loco Scotii in oppo. Simplic. loc. cit. & ceteri Scribit, ac Thomiste passim, & probatur rationibus ita evidentiibus...

Prima ratio deducitur ex attributis inter se repugnantibus, quæ simul infinito convenire deberent, si daretur, ut ostendimus q. 1. a. 2. deberet enim unum infinitum esse majus alio...

Respondet Vulpes. citat. non esse majorem multitudinem Angelorum, & hominum simul, quam altera tantum, imò addit quod non essent duo infinita formaliter, sed tantum materialiter secundum connotationem diversæ speciei...

46 Resp. Alii ad alteram partem argumenti de deatatione partium ad infinitum infinitum esse capax deatationis, ut habet rationem potius non ubi habet rationem infiniti, & ita non sequi partem esse totæ æqualem quæ sit minus in ratione totius...

varent, ergo sic in numero finito ablata vitate sola destruitur species, & minuitur numerus finitus intra latitudinem finitatis...

Hoc totum libenter concedunt inhiitores, dicentes, quod sicut per additionem, vel ablationem non destruitur ratio numerum finiti...

47 Secunda ratio ex eo deducitur, quod nunquam inveniuntur sufficiens modus, quo constituitur multitudo infinita...

tunc enim loquuntur, in vniuersitate infinitate debere plures, ac infinitas infinitates, nec darsi potest multitudinem finiti infinitam...

48 Idipsum patet in quantitate continua, quia ad infinitam longitudinem constituantur plures infiniti palmi, ad quod ergo toties multiplicare palmorum infinitatem...

49 Resp. Aliqui, in quolibet infinito contineri infinitas vnitates, & infinitas species aliorum numerorum cum hoc discernimus, quæ vnitates sunt infinitæ, non autem binarij, vel ternarij...

Terza ratio militat specialiter contra admittentes infinitum possibile etiam in rebus corporeis, (nam dicit præcedentes infinitum

tutum esse maius sua parte etiam quo ad numerum, plures partes esse possibiles, quam infinitas infinitas, multitudo enim partium infinitis infinitis, & bis & plures multipliciter, maior est, quam prædicta multitudo.

Falot. loc. cit. dub. 6. distinguit duplicem infinitatem, vnam per se & adequatam, alteram per accidens, & inadæquatam...

50 Sed quævis dist. ista de duplici infinitate adæquata, & inadæquata plausibilis est apud totos infiniti, vna tamen omnino est, & scilicet destruitur, tum ex ratione infinitatis, tum numerorum...

51 Hoc totum confirmatur exemplis à Falolo adductis, nam inquit, infinitus binarij habere ad primam unitatum infinitatem, sicut quinquaginta binarij ad centum unitates, vel quingenti ad mille, at in mille unitatibus quingenti binarij constant...

49 Resp. Aliqui, in quolibet infinito contineri infinitas vnitates, & infinitas species aliorum numerorum cum hoc discernimus, quæ vnitates sunt infinitæ, non autem binarij, vel ternarij...

duci perit; exalé tamen huic argumento satisfacimus, quod sequitur, quia est una ex illis rationibus, quibus Doct. probavit in 3. d. 13. quod 1. maximum in qualitatibus, ubi advertit dictum illud Philosophi, & Comment. quantum contingit esse in potentia, &c. ex falso fundamento procedere, qui putaverunt non esse debitam maiorem quantitatem, quia non debet esse additamentum; sed Theologus fallit esse, quia Deus potest maiore quantum sine additione quantum præexistens per creationem; unde doct. ibidem non videtur tenere hoc dictum, quantum ad quantitatem mensuram. Ad 2. verum est, quantitatem semper sub tantitate existere, id est sub termino aliquo, nam quantitas a parte rei non existit, nisi determinata, tamen secundum se non existit esse sub aliquo termino, nisi vagis, & ideo potest esse maior, & minor. Ad 3. videt utique Deus omni quantitate facta posse maiorem fieri, sed non omni factibili, nam tunc foret implicatio in adiecto, at non videt aliquam maiorem omni alia, quia nulla talis est dabilis. Ad 4. dicitur, ut ad primum, maiorem valere de quacunque magnitudine ignobili, vel determinata, sed non quacunque absolute possibilis; & confus. ad 5. Arist. ibi loquitur de corporibus animatis, ut notat Doct. 2. d. 2. q. 9. & loquitur in ordine ad potentiam naturalem, non vero supernaturalem.

QUESTIO V.

An dari possit infinitum in intentione categoricatum, vel saltem syncategorematicum.

70 **T**ria quoque sunt in hac quaestione auctorum placita, duo extrema, & tertium medium; quidam enim admitterunt infinitum in qualitate esse utroque modo possibile, ita Nominales omnes loc. cit. & sequitur Hurt. Alii ex opposito negant utroque, ut Henr. quol. 5. q. 22. Aureol. 1. d. 17. p. 3. q. 1. art. 3. D. Bonau. 1. d. 17. q. 2. d. 13. quod 1. loquens de gratia Christi, & sequitur Scotus habet omnes coloco, Reade dom. 1. Controv. 19. Smidhuch. trach. 3. disp. 7. q. 5. num. 72. Fuent. & Vulpes loco citi. licet inter istos auctores aliquid sit discrimen, nam hunc terminum intentionis aliqui auficiunt ex parte formatam, quae fuerat natura possunt determinatum gradum versus maximum; aliqui vero sumunt non ex parte formatam, sed ex parte subiecti, quod est finitum, & determinatum: capacitas, unde forma extra subiectum possit in infinitum intendi, ita Bassol. 1. d. 17. q. 3. Communis tandem sententia est media, negans etiam de potentia Dei absolutam infinitum categoricatum in qualitate esse possibile, & affirmans esse possibile syncategorematicum. Ita D. Thom. 2. 2. q. 24. art. 7. ubi omnes eius discipuli, excepto Cajet. contendunt 3. p. qu. 7. art. 12. D. Thom. admittere superiorem in qualitatibus, & terminum intrinsecum categoricatum in ordine ad potentiam Dei absolutam; ex Scoti sententia Canon. 3. Phys. q. 3. Tatar. 1. Phys. q. 4. not. 4. Schemma 1. Phys. dignos. 3. q. 5. Cavell. citi. probabilis magis putat, & descendit Herrera 1. d. 15. q. 6.

ARTICULUS I.

Non possit dari in qualitate infinitum categoricatum.

71 **D**icendum est cum communi quoad 1. quaestione partem, nec naturaliter, nec supernaturaliter posse dari qualitatem infinitam in intentione, sive sit naturalis, sive supernaturalis; ita communiter tenent Canon. & Sampson. loc. cit. cum ceteris Scotistis, nec dissentient Thomistae, quorum plurimi, ut Complut. cit. qu. 4. probant hanc conclusionem, esse finitae capacitate subiecti, nam si daretur infinitum accidentis, dari quoque deberet infinita substantia talis accidentis susceptiva. Sed si hæc ratio valeret, probaret etiam, qualitatem non posse fieri in suo subiecto semper maiorem, & maiorem, quod tamen est contra eundem Thomillam, nam ad talem intentionem syncategorematicam infinitam proportionata capacitas requiritur ex parte subiecti.

In qualitatibus igitur naturalibus solet probari Concl. quia si daretur lapis concavo Orbis Luna cum infinita gravitate, deberet in instanti descendere, ut docuit Arist. 1. Caeli text. 51. & 52. quo enim gravitas est intentio, eo motus est intentio, sed motus localis in instanti repugnat, ut disp. 15. dicimus, etiam, &c. Ex quo infertur, nullam aliam qualitatem infinitam esse possibilem, quam enim quilibet ferè sit activa, possit quacunque suum effectum in instanti ponere, ut calor infinitus posset transferre corpus frigidum ad frigiditatem in calor summum in instanti, arguit Canon. cit. & sic de aliis. Greg. 1. d. 43. q. 4. 2. totum gratis concedit etiam motum instantaneum localem, & quæ responsio nulli esse accepta; & ideo ait Hartad. lapidem illum nunquam descenderunt cum tota, atque infinita velocitate, sed posse cum maiori semper, & maiori, atque in breviore, & breviore tempore, sicut omnes, qui negant possibilitatem infiniti in rebus creatis, fatentur adhuc, Dei potentiam esse infinitam, ideoque dicunt, Deum posse maiorem semper ac maiorem effectum producere, nunquam tamen actu infinitum, ob quam solut. Avera, est nobilium in conclus. convenienti; remittit tamen hac communem antiquorum rationem veluti inutilem.

72 **A**d sine causa antiquos spernit Avera, non enim solutio data rationem enervat, quia lapis in instanti gravis esse causa naturalis, quæ necessario operari debet iuxta totam virtutem suam, nec habet, unde determinaretur ad tantam, & non maiorem veloci-

tatem, ut descenderet in tanto, & non minori tempore, non ergo est eadem ratio de divina potentia, & virtute motiva illius lapidis, Deus enim potest pro libito suum determinare effectum, sed lapis ille movebitur iuxta impetum suæ virtutis possibilem, & in instanti, vel certe prolixius non movebitur. Hoc prævidentes auctores dixerunt, lapidem illum debere determinari à Deo ad certam minarum, addit Avera, quod lapis non descenderet, nec mirum esse debere, quia idem est, ut Deus non concurret ad nullum motum lapidis illius, sine autem concurrat divino nulla operatio ab illa causa creata perfici potest. Sed contra, quia in proposito quaerimus, quid ferret de illo lapide supposito concurrere generali Dei, qui suus finit causis secundas motus suos agere, & quid fieret ex natura suo nullo adhibito miraculo, non posset autem determinare Deus velocitatem gravitatis illius absque miraculo, & consequens specialis, & ita non fumus in casu, tum quia fallum est, hoc, quod est Deum nolle determinare gravitatis illius velocitatem esse idem, ac illi denegare concurrere generalem; immò tunc verè non denegat, cum illum non determinat, sed finit lapidem moveri secundum totum impetum instanti, & contra tunc verè concurrerunt generalem denegat, & miraculum adhiberet, quod ad id determinare velle. Tum denique dicere, quod in casu, quo Deus non possit velocitatem lapidis illius determinare, lapis non descenderet, est idem, ac dicere, quod lapis tanta prædicta gravitate moveri non posset, ut in casu, unde fecit ipsi descendere, & (merito) qui præcedit, nisi ponentes terminum intrinsecum in intentione dicebant, ignem maximum non posse flupum in eo coniectam comburere, quia maximus est, ita & ipsi nunc deridendi sunt, dum agunt, lapidem infinite gravitatis, si Deus non determinate eius velocitatem non descendentem, quia nimia prædictus est gravitatis, ratio igitur allata concludit, & neganda, est potius infinita gravitas, ne præta sequatur absurdum.

73 **I**n altissimis vero supernaturalibus solet probari Concl. quia aliquis dari possit lumen gloriam infinitum, & visio beata infinita, quia data utriusque, & quando est prima intellectui creato, quod est impossibile. Resp. Hurt. cum Greg. citat. illam infinitam visionem non proinde fore Dei comprehensionem, quia licet in genere visiois, & cognitionis infinita foret, adhuc tamen divinam perfectionem non adæquaret in eisendo, quod exigitur comprehensio dici debeat, vel saltem quod ita adæquet divinam cognoscibilitatem, ut illum pensitus exhausti, quod non faceret visio creata, & si intensive infinita quia Deus est infinitus infinitus, & non semel tantum, ut foret illa visio.

Sed non satisfacit, tum quia apud omnes inconfesso est inter cognoscens, & cognoscibile non requiri adæquationem, seu proportionem naturam, & in eisendo, alioquin Deus nullo modo posset cognoscere ab intellectu creato, etiam ab elevato per habitum supernaturalem, sed sufficit adæquatio potentia; & objecti, ut sicut infinitum est infinitum in ratione cognoscibilis, ita potentia sit infinita in ratione cognoscens, & cognitio in ratione cognitionis, his enim habitus per talem cognitionem optime exhaustiura tora objecti cognoscibilitas, & totaliter, atque ita comprehenditur, ut docet Scot. in 3. d. 14. qu. 2. P. Tum quia non dicitur Deus infinitus infinitus quia a parte rei sine in eo infiniti infiniti gradus perfectionis distincti, cum sit simplicissimum, sed hoc intelligitur aequaliter tantum, ergo visio semel infinita sufficeret ad comprehensionem Dei. Tum quia ex dictis non potest dari infinitum semel infinitum, quando infinitum consistit in latitudine graduum, ergo visio infinita esset infinitis infinita. Tum quia ex Aug. ep. 112. tunc res comprehenditur, cum nihil eius videntem lateat, & ipsum penetrat secundum omnes gradus cognoscibilis eius, sed ita astringeret Deus per talem visionem, videret enim omnia, quæ sunt in eo tam formaliter quam virtualiter, quia videt Deum infinita claritate, & distinctiōe, unde si aliquid Dei lateret, esset aliquo modo obscura, & confusa, atque adeo non infinita.

Itaque rationes optime concludunt, & in eo solum deficientes notari possunt, quod universaliter non probant, & ideo ratio generalis ad ostendendam repugnantiam intentionis infinitæ ex eo pendente est, ut bene notat Avera, quod infinita multitudo in adu repugnat, ut patet ex dictis, intentione autem infinita, infiniti necessario gradus fore ad assignandi, supponimus enim intentionem fieri gradibus fore ad assignandi, gradibus ad gradum, & consistit in latitudine entitativa qualitatibus per multiplicationem, & conjunctionem plurium graduum, ut docet Scot. 1. d. 17. q. 3. & nosse demonstramus in lib. de Gen. qua facta suppositione contra intentionem infinitam adduci possunt rationes omnes contra infinitum in multitudine, & extensione militantes; nam sicut in extensione infinita esse deberent tot palmi, quot semipalmi, tot cubiti, quot palmi, &c. Sic in intentione infinita tot essent gradus, quot semigradus, & sic de aliis portioibus qualitatibus maioribus, & minoribus, & sicut in extensione infinita dari deberet una magnitudo major altera, si ab una aliquo delamatur, sic ex duabus qualitatibus dari deberet una magis intenia alia, &c.

74 **I**n oppositum obicitur 1. ex Greg. quia si per horam Deus contingit augere charitatem, sic tamen, quod in prima medietate sequentis medietatis crearet equalis charitatem, & iterum in prima medietate residui crearet equalis, & sic semper velocitatem suæ actionem secundum quamlibet partem, in fine horæ haberet

retur infinita charitas, quia haberet infinitas partes æquales correspondentes infiniti proportionalibus horæ; idem conficit argumentum de instantibus initialibus cuspidibus partem proportionalis horæ, si enim in quolibet crearet tantam charitatem, idem sequitur, immò totum id naturaliter etiam videtur contingere posse, nam ut arguit Tatar. 3. Phys. q. 2. dub. 2. si calefactus ponatur in medietate horæ corrumperet medietatem frigus in aqua, & generatur duos 8. gradus caloris, tunc sequitur, in alia medietate ferrihoræ motum esse duplo velociorem, quia ablata est medietas resistentiæ, atque adeo produceretur duo alii gradus, & rursus in medietate illius partis erit motus duplo velocior ob ablatam resistantiam, & sic procedendum in fine horæ: erunt producti infiniti gradus, quia in quolibet medietate proportionali tantum calor erit productum, quantum in prima medietate. Et constat de corpore luminoso, quod si alicui medio approximate tantum luminis partem, sicut prodixit in primo instanti, non enim apparet maior ratio, cur potuerit in primo instanti producere determinatam luminis partem, & non in quolibet instanti approximationis.

75 **R**esp. satis patere ex dictis quod, præcedit, quomodo, & qua ratione impossibilis sit distributio, & partitiō illa, quam Nominales sepe facere solent, ut infinitum alstruant, & Deus augere charitatem cum partitiōe horæ à Greg. conficit per partes proportionales successive acceptas, vel augmentum illud nunquam inciperet, vel nunquam finiret, ut probati potest argumento Zenonis, & eadem ratione tanto magis negandum est, id posse naturaliter contingere, quæ actiones agentium naturalium non sunt cum ea determinatione partium proportionalium, sed æqualium, & eadem ratione productum generis gradus, quia calefactus non calefacti nisi totum, & ex partitioe, ad huc negat Tatar. in quolibet medietate producat generis gradus, quia calefactus non calefacti nisi privatim, agit secundum totam achnitatem, & quando est prima visio, solum secundum medietatem, agit secundum medietatem virtutis, & sic deinceps, quæ semper erit æqualis velocitas, & ideo in minori tempore non product ægale, sed minus, & minus in infinitum, sicut tempus minoratur in infinitum, quæ responsio quantum valet, patet, ex dicendis de Reactione in lib. de Gener, quando enim calor agit in frigidum ut actio, non quælibet pars frigidus resistit, sed tantum illa pars, cui immediate applicatur calor, licet quando agit, agit secundum omnes partes, & ratio dicriminis est, quia resistere actu est impedire, ne agens intrudat formam in possum, ergo tantum secundum illum partem, & secundum illum gradum resistit partem, circa quam agens applicatur, in quam intendit producere formam quæ licet doctrina falsum esset, initio calefactiois magis aqua resistere, quam postea, quia prius per plures deinde per pauciores, semper enim resistit secundum illum gradum, qui proximè expellendus est, nam talis resistentia fit in genere causæ formalis. Ad illud autem de corpore luminoso negandum est alium quod, licet enim in primo instanti acquisita sit pars luminis determinata, tamen in instantibus postea approximationis, & intentionis luminis in illa parte medi, cui successive approximat, non acquiritur pars luminis, sed indivisible continuat, & ratio dicriminis est, quia in primo instanti potest corpus luminosum producere determinatum lumen in medio, at non potest ipsum intendere, nisi approximat, eum ergo approximatione fit conditio necessaria simpliciter ad intentionem luminis, sequitur, quod tunc solum intendo fiet, cum sit approximatō agens autem non dicitur in instanti magis approximationis, sed in tempore, sicut etiam motus localis non fit in instanti, sed in tempore, & hinc sequitur, in quolibet instanti approximationis non fieri partem aliquam luminis, sed solum indivisible continuatum, corripsonem indivisibili approximationi.

76 **S**ecundo ad idem moveri solet satis molesta difficultas à Thomis, potest enim homo in circumstantia durationis in actibus humanis, potest enim homo in primo instanti unius horæ mereri, & determinatum gradum meriti acquirere, quia meritum in prima horam continuare; & potest actum suum per totam illam horam continuare, quo facto meritum erit infinitum in fine horæ, cum ibi sit infinita intentio, Ad hæc difficultatem varie sunt resolutiones, sed quantum sufficit ad præsens, neganda est sequela, actu enim in primo instanti respondet certum meritum, non ratione ipsius instantis, sed quia in eo ponitur primum substantia infinitus actus, qui tunc efficitur bonus ex objecto, & aliis, unde bonitatem, & meritum referre in illud instans est committere fallaciam non quæ sit causa, continuatur autem incipit tempore sequenti, quia est actio continuata supponens seipsum in priori, & ratione huius moræ augeat bonitas in actu, hoc autem augmentum non fit in instanti, sed successive, & per partes illius temporis erecit cum proportione ad illas, ideoque per instantia non adduntur illi partes meriti, sed in eis continuatur meritum cum eadem proportione, quæsi permutata esse indivisibile, & ideo etiam ex instantibus non consistit in infinitis, quia ex vi eorum non augeat meritum pervercatente actus, sed terminatur, vel copulatur, prout ex partibus successive constat. Dicet, eadem substantia producta in primo instanti conservatur in reliquis, ergo sicut illi producta in primo instanti respondet certum meritum, cum non etiam ut conservate in reliquis? Respond. quia conservatio indivisibilis neque afferit ipsam substantiam actus, neque aliquam moram. Dicet ergo valde meretur homo interrumpendo actum, & postea pro-

ducendo alium similem, quam continuando priorem per totam horam. Resp. ex hoc capite plus utique meretur, sed ex alio tempore medians inter unum, & alium actum transire abique merito, & ideo quasi compensatio. In instantibus, inter instantis, & tempus non est proportio, ideoque hoc excedit illud in infinitum. Respond. quod potest esse proportio in genere moris, quia primo instanti ponitur certa pars meriti correspondere, vel negatur consequentia, & ratio est, quia illud meretur, quod correspondet instanti, & temporis sequenti, non correspondit ipsis ex propriis rationibus, sed ratione elicitiois, & conservatiois actus, & hac de causa potest esse proportio inter meritum primi instantis, & meritum sequentis.

77 **T**ertio obicitur. Tum quia Christus de facto habuit gratiam infinitam, iuxta illud Joan. 3. Non enim ad mensuram dat Deus spiritum Suis, & ratio est, quia se extendit ad iustificandos infinitos homines, quia ratione Christi meritum ponitur infinitum; quod si finita esset, posset tantum crescere gratia alicuius creature, ut pertineret ad intentionem gratiæ Christi Domini. Tum 2. quia gravitas peccati est infinita, crevit enim ex infinita improprietate inter creaturam offendentem, & Deum offensum, & falsitas peccati velle omnes homines, non solum existentes, sed etiam possibilis, haberet tale peccatum infinitam malitiam, nam velle occidere unum, est alicuius malitia, velle occidere duos, est maioris, & sic deinceps, ergo &c. Tum 3. quia tota gradum latitudo in qualitatibus procedit in infinitum, ergo tota latitudo, quam Deus cognovit, ut possibilem, est infinita, quia infinitos complectitur gradus. Tum denum, sit subiectum palmare uniformiter calidum, ut unum, si Deus auferat calorem ab uno semipalmo, & ponat in alio, erit ibi calor ut duo, & si Deus totum calorem reducat ad millem partem, fiet calor ut mille, & tandem cum possit Deus totum calorem reducere ad solum punctum, tunc fiet calor infinita intentio.

78 **R**esp. ad 1. fatentur omnes, gratiam etiam Christi Domini in genere Physico esse finitam, dici tamen solet, infinita, quatenus est gratia capitis, & dicitur fuisse illi collata fine mensura, quatenus tantam habuit gratiam, quantum omnes creature præterite, præterentes, & futuræ nunquam habere poterunt ex lege ordinaria, & in hoc sensu gratia habitualis dicitur fuisse proportionata gratiæ unionis; & nunc præcedendo a questione quomodo meritum Christi fuerit infinitum, quia meret Theologica est, pro nunc satis est, quod neque apud illos, qui meritum Christi ponunt intrinsecè, & formaliter infinitum, ideo tale dicitur, quia procedat à gratia secundum intentionem infinitam, nam operationes Christi etiam apud eos fuerunt finitæ secundum intentionem, & solum infinita secum habere meriti dignitate, ad quam necessaria non erat infinita intentio. Et verum est de potentia absolutam, quam Christus creaturam habere maiorem gratiam habitalem, quam Christus habuerit; at tamen quoad modum gratiæ Christi semper excedet quomacunque gratiam possibilem haberi in pura creatura, tum quia hæc est gratia capitis, tum quia eam habet inamiffibiler, saltem proximè, quia non est purus viator, sed etiam comprehensorum quia Christus eam habet utilius naturalis, & pura creatura haberet, ut adoptivus, ut dicitur in materia de Incarnatione. Ad 2. iam dictum est supra quod 2. art. 1. infinitatem peccati non esse in genere Physico, sed moralis, & non esse positivam, sed negativam, quatenus in genere mali obinet supremum gradum, & superioris rationis, intra quam infinitatem adhuc admitti debet latitudo, ut unum esse possit gravius alio, & inter eas non vider ultimam possibilem, quia talis non datur, nec aliquam, quæ fit actu infinita, sed tota latitudo gratiæ cognoscitur a Deo, ut finita in infinitum. Ad 4. quod censetur argumentum difficultimum, cuius pondere pressit multo diverterunt ad terrogentiam graduum, neganda est causa, quia tunc auferri deberet à partibus qualitatibus tota unio extensiva, & converti in intensivam; id autem aliud non est, ut bene notat Avera quod 2. sect. 7. in hinc, nisi dividere rem quantum in omnes sui partes, quod est impossibile, & ideo utique posset Deus auferre unionem extensivam à pluribus, & pluribus partibus extensis qualitatibus; eas in eadem parte subiecti collocando, & unionem intensivam tribuendo, non tamen ab omnibus partibus extensivæ auferre potest unionem extensivam, & simul tribuere intensivam in eas puncto collocando, quia nequit dividere continuum simul in omnes suas partes.